REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO DOMINO GVILIELMO PARVO BITVRICEN. ARCHIEPISCOPO AC REGIO PENITENTIARIO FRATER LAMBERTVS CAMPESTER THEOLOGVS. S.D.P.

SI VLLVM EST DOCTRINE GENVS. CVI RATIONAlis naturæ ſalus accæpta debet referri: ea nimirum eſt: quæ chriſtianæ veritatis inſtituta & morum ornamenta explicat. Neqꝫ enim ſuſcæpti ab Antonino noſtro operis me fallit amor: aut diuinarū rerum cōmemoratio vlla bonis ditior præcæptis eſt: ac quæ delinimentis Iouialibus vti eſt apud Platonem adobrutam rationis compotem animam explicet leuius & ad bonam frugem prolectet potentius. Ni Fidem: Spem: Charitatem: Fortitudinem: Iuſtitiam: Prudentiam: Continentiam: inſinuarint forſan Catones: Scipiones: Valerij: Traiani cęteriqꝫ quos hyſtorici velut plane. Coripheos ſuſpiciunt plæriqꝫ amplexantur: colunt ꝙ noſtræ religionis ſanctiores animæ. Quas in ipſo diuinitatis ſinu & natas & educatas vitæ ſumma integritas. Laborioſa inſtituta: eruditio intima, & inenarrabilis ac deniqꝫ non adumbratus: ſed vt plane dicam: veris ac ſpirantibus lineis expreſſior præpotentis Chriſti typus ingerit vndecumqꝫ admirabiles. Abſit ab chriſtiano tam deprauata rationis libra. Ibi enim quæ claudicent toto (quod aiunt) cœlo aberrantia haud parum multa. Hic nil non excuſſum inculpatum: omnibus porro numeris amuſſitatum: & quod mirari ſatis non ſit quando cæteri vmbræ vagantur. & plane in ſenſibus ſomniant: humanæ claritatis ac eminentiæ: ſi intelligantur lumina ſunt hæc multo nitidiſſima. Sole potentius ex diuinitatis præſcripto mentem omnium ita demum illuſtrantia: ac velut afflatu ſanctiore corripientia. vt reſipiſcamus modo reiectis prorſum auocamentis omnibus: diſſolui primo quoqꝫ tēpore expetas & eſſe cum chriſto. Quamobrem dici haud facile queat Antonini Florentini ſtudiū ꝙ me in plęriſqꝫ quæ velut artifex longe ſcientiſſimus condita pridem ac pręformata ingenio eminenti in hanc ſummam tranfuderit. In quo libro quicquid ad ſpeculationem ſacræ Theoriæ: quicquid ad nobiliſſimarum virtutum indeptionem: quicquid deniqꝫ ad bene beateqꝫ viuendi rationem confert dilucide expoſitum eſt. Hanc ſummam mire precioſam quinquies partitam diſcreuit. Et in prio tomo de animę natura præſigni de immortalitate eius: de demiſſu in corpus: de viribus eius corporeis & ſpiritalibus: de affectionibus quas paſſiones vocant: de concæptione peccati & eius incommodis: de ſeptemplici genere legum. Huius exordium eſt. Quam megnificata ſūt opera tua domine. In ſecundo tomo de ſeptem vitijs eorumqꝫ ſobole portentoſa. De ſimonia & vſura. De reſtitutionibus. De iuramento ac periurio. Devoto & eius tranſgreſſu. De infidelitate & eius degeneri propagine huius exordium eſt. Confregiſti capita draconum. In tertio tomo de officijs: artibꝰ: ſtatibus differit. De excōicatione: Suſpēſione: Interdicto: Irregularitate: Deqꝫ ſacramētis eccleſię: cuius exordium eſt. Aſtitit reg. a dex. In quarto tomo de ſeptem virtutibus illuſtribus. De gratia ſpiritusſancti. De donis. De excellēti diuæ virginis Mariæ laude agit: cuiꝰ exordiū eſt. Benedictionē dabit legiſlator. In quinto hiſtoriā ab orbe cōdito vſqꝫ ad tempora ſua cōplexus eſt. Dicam verbo laus omnis inferior opere. Reliquum eſt ergo ampliſſime pater ac regiæ ſynteresis moderator ac domine reuerendiſſime opus hoc cuius velut propylea ſacrum præferunt nomen tuum: Lecturiſqꝫ ingerent perpetuo qua ſoles omnia frontis hilaritate in arcana recipias domeſtica. In quibus veterum ingeniorum immortales animæ loquuntur aſſidue. Quod ſi olim heroibus tuis fuit inſertus cedat vetus Antoninus nouiter compto ac redimito. Eſt enim hic ſuo architypo per omnes lineas afformatus.

Primo hoc tomo hæc ita expenduntur vt nuſpiam copioſius ſynceriuſue.
Exordium. Quam magnificata ſunt opera tua domine.
De animæ natura eiuſqꝫ nobilitate præſigni & immortalitate.
De demiſſu animarum in corpore viribuſqꝫ corporeis & ſpiritalibus.
De affectionibus animorum inſuper & de cauſis peccati.
De peccatorum natura ac nocumentis eorundem.
De ſeptemplici genere legum & vniuſcuiuſqꝫ conditione.
Hæc in mille propagantur materias & in codicem amplum excreſcunt.